



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Actio gratiaru[m] pro vario dolore ac mœstitudine, cui immergebatur
pijssimu[m] cor B. Virginis, dum filiu[m] suum, vultu ex plagis tumido ac
liuido, sanguine obducto, phlegmatibus repleto, vnguium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

O misericordia & fultum, o impudenter & ingratum, quācito quodīmē
ab ipso ad alia contorti, quācito ipsum expuli, nec ad maneadū sibi in malocula
permisi. O miranda adhuc & stupenda cordis mei exortas & duritas ingemisconda.
In abundantia namqꝫ maxima spiritualium diuinitatum, tans longo tempore pau-
perissimus extitit: in copia tantarum deliciarum idē miser fui: in redundantia gra-
tiarum egenus remansi: ad mensam delicias quotidie immitatus fui, & vacuus &
macie confectus inde recessi. O insensibilitas animz mez, liquorem balsamicum
mellitum, deliciosum ac suauissimum in ore habui, nec flagrantiam eius sensi:
quandoquidem me cum debita reverentia & deuotione, ad tam sacrosanctum my-
sterium nunquam disposui, nunquam tanto cum affectu & desiderio recepi & ho-
norari ut potui & debui, curis mundanis & vanitatibus superfluis me denud in-
noluens, de suscep̄to hospite dignissimo medicum curaui, immō, fōrdidis cogita-
tionibus conscientiam meam, quam ipse inhabitare cupiebat polluendo, in sius se-
pius faciem conspui. Per contumeliosa verba, irrisiones, detractiones, murmurati-
ones & erga suos vicarios, eos prælatos inobedientiam, pugnis eum, alapis colap-
phistqꝫ cœcidi. Flens igitur doleo, quod hucusqꝫ ad sacrosanctum hoc mysterium
intellectum habui tam excusatum, & affectum, tam induratum, eo quod nimis su-
perficialiter reverendum hoc ministerium peregi, nimis tediosè, negligenter, ir-
reverenter me circa tremendum hoc sacramentum habui, frequenterqꝫ nimis dis-
simulauit, ac si Deus meus prælens non fuisset aut præsentem eum ministeriū adver-
tisserit.

Sed nunc expansis manibus & erectis in celum luminibus ad te o rosa præful-
gida cælicæ amēnitatis, ad te vincam, post Deum, pauperum spem peccatorumqꝫ^{ep}
refugium, ad te inquam, o gloriofissima & misericordissima Deipara Virgo Ma-
ria, conuertens me supplex veniam peto, quod gloriosum & benedictum filium
tuum tam indignè non modo tractavi & suscepi, verū etiam tam probosè &
contumeliosè expuli per reiterata multiplicitia peccata, immundorum me spirituū
denuo mancipans Dominio, oblecrans te, per ornē virginei cordis, sacratissimazqꝫ^{ep}
animz tuz erga Deum amorem, arque ipsius in te omnem Diuinam suam charita-
tem & filialem affectionem, potenter exores eum, ut ad huius sacratissimi frequentia-
tionem cor meum seruentissimo accendat desiderio, & quotiescumque ad sui sus-
ceptionem sua me dignatio admiserit, tuis interuenientibus meritis in gratia suz
paradisum me recipiat, in calido suo sanguine me lauet, in pretiosa sua morte me
viuifiet, cunctis suis virtutibus & meritis exornet, animz mez fundum ipse sibi
dignissime præparet, in quo succipi iugiterqꝫ habitare diguetur, in tanta charitate,
quanta seipsum in ultima cena suscepit, pro supplenda omni indigna susceptione
mea, & fructuosum in me faciat suum aduentum, liberetqꝫ me omnibus diebus vi-
tz mez ab omni nocibili tentatione, vniat & sibi connectat me & omnia opera ac
desideria mea, quo nunquam separer à dulcissima sua dilectione & clarissima
pulcherrimi vultus sui visione; sed merear in ipso florere & regnare nunc & in
perpetuum, Amen.

Adio gratiarum pro vario dolore ac magnitudine, cui immergetur pīssimum cor B.
Virginis, dum amabilem filium suum, vultu ex plagi turnido ac liuido, sanguine obducto,
phlegmatibus replete, vnguum laceratione dissecto, à Caiphā ad Pilatum crudeliter & ig-
nominiōse deduci confexit, coramqꝫ eo multipliciter & falso incusari audiuit.

THRE-



THRENOS VIII.

Huic illima & mactissima Domina, pudicissima virgo tristissimi plena doloris, omniem humanam afflictionem & pressuram exuperatis, suauissima mater & vnicè mihi post Deum dilecta: dura satis superis cor tuum longè pessimum tota illa acerbissima nocte pupugisset & concidisset eliti doloris gladius, hinc non fendo, gemendo, querendo, lamentando satis & penè te iam exhausses, mane admodum cum aurora prodire & dies lucescere incepit, cum tuis Herosolymam procul dubio ascendisti, quæ ad conspectum filij tui, cuius æstuas amore, & affligeris passione, peruenires, si eius ex intuitu acerbis eius dolor pauxillum forsan demulceretur seu alleuiaretur. Quamvis ambiguum non sit, te totam cum orani facultate tua in gratissimam resignasse Dei voluntatem, parata omnem ferre pressuram, afflictiones & grauissimos cruciatus, quæ ex eius passione tibi possent accidere: immo prorsus verisimile est, tanio te erga Deum & cunctos homines flagrante amore, adeoq; animarum salutem scis, quod & ipsa libentissimè crucis subiisses mortem, si ita visum fuisset omnipotenti Deo. Sed hoc fieri non debuit, ideoque tantam intrinsecus crucem ac dolorem sustinuisti, quanquam absque cordis disruptione ferre potuisti. Dum autem ô decus paradisi, & coeli gaudium, lamentabiliter primo diluculo ab amicis tuis per viam illam deducereris, omnes illos ceu mactissima cantrix lugubri voce tua simul ad lachrymas commouens, recordare, quam hoc triste tibi iter fuerit. Quo enim propius accedebas ad urbem eo altius tuis doloribus immergebaris. Tam diu autem gressu qualunque potuisti, fluis iuisti, donec in ciuitatem ad Caypkæ domum peruenires. Sed heu ô dulcisima Domina mea, ô dilecta mea, dum amarissimus tuis medendum fore doloribus fortasse sperasti, ad illum proh dolor properasti ac pertigisti locum, ubi gladius doloris excutus virginem scidit pectus tuum, & intima confudit animæ tuæ, doloremq; addidit dolori. Comperisti quippe illos sanguinarios canes & cruentas bestias, & pestifera inuidia & cruenta siti (quæ nullam eis permiscebant requiem) illuc mane admodum cōfluxisse numero multo plures, quam in primo erant è concilio congregati. Imò conuenire omnes qui arduis in rebus ad concilium accessiri soliti erant, quorum ingens admodum erat multitudo, nam omnium omnes simul aut Iesum natum tuum damnarent, aut prælatam nocte damnationem confirmarent. Itaque dum in suum eum adducerent concilium, deinde examinarunt, an se Christum & Dei filium diceret. Quod vbi non negaret ita vociferati sunt: Quid adhuc egemus testib;: ipsi nos audiuiimus ex ore eius. Tum vero ita ligatum & turpiter deformem ad Pilatum adduxerunt ab illo incircumcisio cane morti adiudicandum.

Memento nunc benedicta Christi mater doloris & compassionis, quæ æstuas ac replebaris, dum saeuos illos canes ac truculentas bestias Dominum Deum tuum & hunc vnicum filium tuum vinclum, miserabiliter deformatum, cunctisq; que excogitari poterant condemnationis inditij denotatum, ac si unus omnium sceleratissimus latro tuisset, ad hominem prophanum & ethnicum adducere consiperes ab eo iudicandum. O quis cogitare queat, quæ probra, conuicta, afflictiones, molestias, contemptus mitissimo agno in via illa irrogârint. Vbi vero iam ad Pilatum ventum est, vna eum omnes falso accusare audisti, multa in ipsum mendacia congerentes & in primis horrido clamore ferociq; verborum stre-

Matth. 26.

Matt. 24,

Luke 22,

Iohn. 18.

Matt. 26.

Matte. 16.

aaa 4 pittu

Ioan. 18.

pitu obtinere nitentes, quod veritate ac iure nequibant. Quandoquidem exiens ad eos Pilatus, dum, quam aduersus eum adferrat accusationem scificaretur, haud sicutis quam rabidi canes, vna edidere latratum, dicentes: *Si non essem hic malefactor, non tradidissimus eum tibi.* At Pilatus, auditio hoc verbo, sciensq; quod per inuidiam eum tradidissent, percitus respondit: *Accipite ergo eum vos, & secundum legem vestram iudicare eum.* Quasi dicat? *Citra cognitionem canis, seu criminis, nequeo & nolo quenquam ego iudicare.* Si vobis sufficere debet quod ipsi eum examinastis, perficie ergo quod cœpistis, & punite illum: neque enim ego sum vobis necessarius: cum cruenta eorum non exatiata sit, instar rugientium leonum exclamauerunt falsiter accusantes eum, atque dicentes: *Inuenimus eum subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributum dari Cesari, & dicentem se Christum regem.*

Luc. 22.

Audi benignissima Domina (& quidem non absque acerbo mœrore audisti) efficta, euidentia, falsissimq; eorum mendacia. Nunquid non ipsis dolofis Iudeis respondit, iussitq; aliquando dulcis natus tuus, dicens: *Reddit que sum Caesaris Cesari, & qua sunt Dei Dei.* Nunquid non etiam iussit Petro dare didrachma pro ipso & pro se? Ideoq; obiectiōnem hanc quasi apertum eorum mendacium parvū pendens Pilatus, transfluit: quem audisse forte contigit quod hypocritis illis de censu Cesari dando ipse respondit. Deinde: *Inuenimus, inquiunt, subuertentem gentem nostram, ab obseruantia nimirum legis Moysis.* Nunquid non & ipsum hoc à veritate prorsus alienum fuit? Quippe qui publicè confessus est: *Non veni soluere legem, sed impleere: quam etiam tecum ad mortem usque seruauit.* Postremo, dicentem se Christum regem esse, inquiunt, hoc est, volentem sibi Iudeorum regnum usurpare. Quod & fallsum esse ex eo liquet: quia cùm quereretur à populo volente eis in regem eligere, sciens fugit ab eis. De hoc autem tertio (quod contra Romanum imperium Pilatus vergere vernebat, nam id à Iudeis regiam abstulit dignitatem) se periclitari timens, si non diligenter quereret de crimen Iesu Maiestatis: ideo prætorium introiit ut filium tuum magis pacificè & exquisitè examinaret, acceritumq; sum quæsiuit, dicens: *Tu rex es Iudeorum?*

Matt. 27.

Dum vero innocens & mitissimus filius tuus veritatem ipsi confiteretur, se quidem regem, sed non esse de hoc mundo regnum suum, quod vel Romanos offendere queat, vel Iudeos, neque tempora!e hoc regnum se affectare: dumq; Pilatus sciret quod per inuidiam tradidissent eum, exiuit ad eos, ipsum à mortis tam noxa quam sententia pronuncians prorsus esse alienum. Quapropter vehementius perciti Iudei, instabant grauioribus accusationibus. *Commonit, inquiunt, vniuersum populum docens à Galilaea usque huc.* O virulenta inuidia, o iniqui & mendaces Iudei, qui Præsidem finisq; informare nituntur, ut illum commonuisse putet populum; fecisse seditionem, docuisseq; iniquam eruditioñem, sicut illi Galilæi quoram sanginem miscererat ipsi Pilatus cum sacrificijs eorum, quo sic quoque in odium filij tui traheretur. Sed nihil pendit, immo hoc fallsum habuit, sciens nimirum quod de tributo responderit, sciens præterea quod calumnia & non veritate incusaretur. Audiens vero Galileum, inquisivit si homo Galileus esset. Et ut cognovit quod de Herodes esset potestate, misit ad illum, gaudens de occasione naecta, quale ipso iudicando liberaret, quem innocentem videt, & per alienam inuidiam grauari. Recordare nunc mater dulcissima, quam liquefactum sit intra te tunc cor tuum, hand secus quam cæra ab ignis ardore, præ nimio mœrore & dolore quo afflueras, dum cora Pilato stare cerneret ut agnum innocentem ac mitissimum regem gloriæ, mellifluum

Luc. 23.

Luc. 23.

Matt. 27.

Luc. 23.

Suum filium tuum humili verecundia, demissis oculis, manibus ligatis, miserabili ac deformi ex sputis & verberibus facie, sitibundo affectu & desiderio acerbum portandi calicem, & paternam exequendi voluntatem, os suum benedictum ad fessu purgandum & excusandum non aperientem: immites verò illos ac impios Iudeos terribilibus in eum oculis, toruolij aspectu intendentibus, dentibusq; suis frenentes, & instar leonum rugientes ac horridos edentes clamores falsissimarum accusationū: dum deniq; cerneres hinc atq; inde eius stipata latera tortoribus ferociissimis, iudicis sententiam extuanti, rabido, ac cruento animo expectantibus, crucifigere eum & enecare paratissimis. Quam tum tota pene in lachrymas resoluta es? Quis mater inceſtissima, continuo acerrimosq; illos capiat dolores & cruciatus, quos sensisti, ^{1. Tim. 1.} dum tanta cum ignominia & crudelitate Dominus Maiestatis, cui omnis debetur honor & gloria, de iudice ad iudicem per ciuitatem, que plena erat populo, in conspectu omnium deduceretur, instar latronis omnium sceleratissimi. Pro omni autem hoc dolore & tristitia tua, benedico te, millesq; saluto, Amen.

Pro columbinā simplicitate, pia compatione, fraternaq; charitate iugiter gerenda circa delinquentiam proxinorum, & pro sui sedula atq; seuerā obseruatione & examine, Prece, VIII.

O Domina misericordissima, celi, terre, & omnium abyssorum regina posensisima, mater aeterni Dei Verbi & virgo purissima, Maria, tuis mihi queso dignare beatis precibus a dilecto filio tuo impetrare, ut paustum hoc atq; firmum propositum, quod hodie tecum & cùm ipso in eo, inuiolabiliter ad extremū usque vita mea finem sua opitulante gratia conseruem, ut ridelicit neminem unquam iudicem seu spernam, de nomine male unquam feciam. Quacunq; etiam suspicione noxiæ inciderint, nihil tamen unquam definiam, nihil pro certo afferam, aut tanquam verum iudicem. Quodcumq; etiam malum videro vel audiero, nullo modo ea propter in quempiam amaricer aut murmurarem, sed amantissimo compatiensimotq; corde orationem pro eo Deo offeram.

Fac obsecro genitrix gloria ac benedicta Domina, ut simplici oculo omnia aspiciam, in meliorem partem cuncta interpreter: intentionem, si actum nequiuero, excusem: putem ignorantia, subreptione, casu seu occulta Dei dispensatione ad maiorem fibi conquarendam humilitatem & profectum proximum cecidisse seu labi permisum: ne iniuste seu temere quempiam iudicando, tanti mesceleris reum efficiam, quantum illum delinquisse iudico: cùm ignorem quid diuina gratia operetur in homine, aut per qua à peccato excusabilis esse poscit: neve ob temeritatem ac iniuriam meam in idem, veleo grauius peccatum, iusto suo iudicio me Deus labi permittat.

Præsta itaq; ô sanctissima Dei genitrix, vecirca aliena peccata atq; defectus cecus sim, surdus & mutus, ut aliena non discutiam, de aliorum conscientijs me non intromittam, me vero vigili custodia obseruem, cunctaq; opera mea seuerè iudicem, nil indiscutsum, non reprehensem, nō iudicatum præterire sinam, & quicquid perperam dictum, factum aut neglectum comperero, calidis vndis lachrymarum diluam, maiori cum feruore, firmioriq; proposito post quemlibet lapsum resurgam, aconstanti animo cœptum propoliū reducente me ac protegente, prosequar,

bbb quod